

lib. 2. de immortal. animor. c. 6. vbi ait Platonicos id ēē sensisse, quod de Platone, Aristotele, & aliis Philosophis refert Eugeb. lib. 4. de peren. Philosof. 1. & 2. Fauet ēē D. Tho. quod lib. 1. r. ar. 1. dicens, Deum non tm̄ esse in his quæ sunt, sed ēē in his quæ possimus imaginari. Expresse ēē hoc docuit Auguſt. 11. de Ciuitate c. 5. vbi contra quosdam arguens, sic inquit, [An forte substantiam Dei, q̄ nec includunt, nec determinant, nec distendunt loca, sed de ea, sicut de Deo sentire dignum est, fatentur incorporea præsentia vbiq; totam, & tantis locorū extra mundum spatii absente esse dicturi sumus, vt in vno tm̄, atq; cōparatione ipsius infinitatis tā exiguo loco, in quo mundus est, occuparā? Non opinor eos in hæc vaniloquia progressuros:] statim verō in fine capitis dicit, inane esse cogitare extra mundū infinita loca, sicut inane est ante initium huius mundi cogitare infinita tēpora præcessisse. Quod ille dicit, quia reuera est inane cogitare illa tanq̄ reale aliquid extra Deū, non vero q̄ sit mane cogitare Deum infinita duratione fuisse ante hoc tēpus, & eadem rōne sua immensitate esse præsentē extra hūc mundum. Sic n. toto illo capite contēdit Auguſtinus seruādam esse proportionē inter tēpus & locum: vt si eut negari non pōt Deum fuisse, ante oīa temporāta negari nō possit esse extra omnia finita loca. Idē sentit lib. 11. Conſell. c. 2. & 3. & lib. 7. c. 5. vbi diuinam substantiam comparat mari infinito, yndiq; per immensā spātia diffusō, & mundum dicit esse veluti spongiam finitā in eo inclusā. Eodē fere modo declarat diuinā immensitā esse reliq̄ Sancti Patres; & Scriptura et̄ fauet, hæc oratione dicitur Deus, Iob 11. [Excelſior cælo est.] Gregorius intelligit quod esse dicit non pp quantitatem, nec q̄ et̄ propter solam naturā per se tōnem, sed quia inuincibilem inſcriptione spiritus oīa trāscendit, vnde c. 22. quōdem libri Iob dicitur, [Nonne cogitas q̄ Deus excelſior cælo sit, & tu per stellatum verticem sublimetur?] & 3. Reg. 8. [Cæli cælorum te capere non possunt,] & Ecclesiā canit, [Quem totus non capit orbis.] Vnde Dionys. de diuin. nominib. capitul. 1. ait Deum in cælo esse, atque in terra, in mundo circa mundum, supra mundum, & supra cælum, & cap. 9. Deus (inquit) extrinsecus super omnem magnitudinem funditur, & supra extenditur. Quod et̄ ex professo docet Greg. Naz. orat. 34. quæ est 2. de Theologia. Vide Basil. homil. 16. Athanasium in epit. Synodi Nicenæ, & orat. cont. gregales Sabellit. Nazianzenum apolog. 1. Hilari. de Trinitate in initio, & super Plal. 118. Damasc. lib. 2. fid. c. 6. Origen. lib. 7. cont. Cellum Hieronymū optimē in 66. c. 11a. & in 40. Ezech. Greg. homil. 8. in Ezech. Ambros. in idē ep. 3. [Vi possius comprehendere q̄ sit in laududo, loquido,] & c. Bern. li. 5. de Contid. & in ser. de triplici contentia.

Ratio verō sumitur ex dictis, quia Deus pōt operari extra mundū sine illa mutatione sui: ergo iam actū est extra mundū. Antecedēs est eui deus ex dictis, & cōstitabit amplius ex dictis de potentia Dei. Conſequentia patet primō, quia tē esse vbi operatur nō est denominatio extrinsecā, sed resultat ex operatione aut termino eius, sed potius est aliqua proprietās vel conditio prærequiſita ex parte causæ; ergo non possit hæc denuo conuenire Deo sine illi mutatione, solū. n. denomi-

nationes extrinsecā, vel relationes rationis, quæ in eis fundantur, possunt de nouo attribui Deo, quia nullā mutationē in eo ponunt: esse aut̄ præsentē per substantiā suam vbiq; operatur, vel operari pōt, nō est denominatio extrinsecā, cum sit veluti conditio in illo prærequiſita ante actionē. Et declaratur in hunc modū, nā ante ascensionē Christi v. g. non erat corpus aliud extra vltimā spheram, per ascensionē aut̄ factum est (iuxta probabilē sententiā) vt Christi corpus sit supra illā spheram, ita vt pedes Christi sint supra conuexum eius, atque ita corpus Christi est (vel saltem non repugnat esse) extra totum hunc mundū replens illud spātiū quod antea non replebat corpore. Nunc ergo et̄ est ibi præſens Deus sm̄ substantiā suā: ergo & antea ex tota æternitate erat ibi præſens: ergo eadem rōne est extra cælum in omnibus spatiis, quæ in infinitum ibi excogitari possunt. Probatur penultima consequentia in qua est tota vis, nam si antea nō esset ibi præſens nō potuisset incipere ibi esse præſens sine sui mutatione, sicut Christi corpus nō potuit incipere esse ibi præſens sine aliqua mutatione, quia antea nullō mō ibi actū erat. Est. n. quoad hoc eadem rō, nam, sicut corpus Christi nō dicitur ibi esse præſens per denominationē à substantia Dei, sed per aliquid quod est in ipſo, quidquid illud sit, quod noſte præſentiæ aut̄ vbi significatur: ita et̄ substantia Dei non dicitur ibi esse præſens per denominationem à corpore Christi, vt videtur per se enūdens, nā si cogitatione fingamus substantiā Dei in aliquo definito loco, v. g. in stellato cælo inclusam, non posset à Christi corpore extrinsecā de nominari præſens ibi vbi est corpus Christi: ergo denominatur præſens ab aliquo q̄ est in ipſo: nō posset ergo illud acquirere de nouo sine sui mutatione. Atq; hæc rō pōt. simili modo fieri de toto spatio quod nunc repletur corporibus huius mundi, nam Deus hic nunc est realiter præſens ergo & ab æterno fuit, propter eandem cām, quia n. non potuisset de nouo ibi esse incipere sine sui mutatione. Rurſus potest simile argumentū fieri de alio mundo, quem Deus creare posset, nā ille mundus esset extra hunc, & ibi esset Deus: ergo esset tunc extra hunc mundum: ergo et̄ nunc est propter eandem immutabilitatis rationem.

Vim huius rōnis aliqui fe eludere putant hoc exēplo, nam Deus de nouo incipit esse in cælo, & in quacūq; re creata, sine sui mutatione. Verū tamē non est similes quia esse in cælo includit de nominationem extrinsecā, vel habitudinem rōnis, ortā ex præſentia cæli vt dimanātis à Deo, ex q̄ uā dimanātione vel præſentia solum resultat in Deo relatio rōnis, vel denominatio extrinsecā, esse autē ibi vbi est cælum, vel quilibet alia res creata non includit de nominationem extrinsecā ab illa re, sed solum id quod ex parte Dei præſupponitur necessario, vt hoc ipſo q̄ res alia ibi existit, & ab eo manat, dicitur Deus existere in illa qd̄ fundamentum non posset Deo acquiri de nouo sine mutatione. Sicut Deum coexistere creaturis sub hac denominatione potest incipere de nouo quia includit existentiā creaturæ, & denominationē ab illa, seu relationem rationis ad illam: fundamentum autē quod ex parte Dei præſupponitur necessario coexistit creaturæ hoc ipſo quod illa existit, non potest de nouo conuenire Deo sine sui

D. Thom.

Auguſt.

XXXI. Iob 11. D. Greg.

3. Reg. 8. Athanaſ. Nazian.

Hilar. Damasc. Origen. Hieron. Ambros. Bernar.

XXXII.

XXXIII. Fracluditur cūſigium a præſata ratione.